Premisliensis dilationem sibi non recipiens nullasque moras appellationes et eam inhibentes faciens promisitque omnia poenis simplicibus vel duplicibus evasionum suspensionum fatalis iuris juramento seu bello concedens cum aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiens hac sua p[rae]senti inscriptione obligavit et promisit omnia ratta.

Actum in Castro Praemisliensi Feria Sexta post Dominicam Quadragesimalem Reminiscere proxima Anno domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo.

1/III 1630

Iudex T. Praemisliensis Draminskiey summam 1000 flor. Debet.

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneali Praemisliensibus Generosus Joannes Fredro de Plesowice Iudex Terrae Praemisliensis sanus mente et corpore existens Attamen ...bus iuribus ... suis quibusvis propriis et ... Castrensibus Capitaneali Praemisliensibus quo ad actum praesentem attinet ... successoribus bonisque suis ... in ... liberè ... recognovit ... Generosae Barbarae ... Alberti Draminski consorti relictae viduae et ipsius successoribus summam Mille florenorum Polonicalium certi veri iusti et legitimi debiti ... teneri atque debere. Quam quidem summam praefatam Mille florenorum ... praefatus recognoscens Generosus Iudex Terrae Praemisliensis se ac suos successores in et super bonis suis ... ac summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis supradictae Generosae Barbarae Draminska et ipsius successoribus inscribit et obligat ... pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime venturo dare solvere et coram officio Actisque praesentibus

Castrensibus Capitaneali Praemisliensibus realiter et in effectu reponere et relinquere repositamque et relictam rursus ab eodem officio non extrahere nec arestare vel aliis quovis modo impedire idque sub vadio simili summae Mille florenorum Polonicalium per eundem recognoscentem Generosum Ioannem Fredro de Plesowice Iudicem Terrae Praemisliensis aut eius successores supradictae Generosae Barbarae Draminska Creditrici suae et ipsius posteris ... non solvente summae praefatae praemissis in tempore et loco supra expressis ad solvendum succumbentes. Caeterum memoratus recognoscens Generosus Ioannes Fredro de Plesowice se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniariis habitis et habendis supradictae Generosae Barbarae Draminska et ipsius successoribus inscribit et obligat ... praefatam ... ex his actis Castrensibus authentice depromptam ad acta Terrae Praemisliensis ante decursum anni praesentis transferre et transportare idque sub simili et pari vadio Mille florenorum Polonicalium per eundem recognoscentem Generosum Iudicem Terrae Praemisliensis et ipsius successores supradictae Generosae Creditrici suae et ipsius posteris in ... non transportationis inscriptionis ... in tempore et loco supra expressis ad solvendum succumbendo. Vel etiam ... supradictae Generosae Draminska ... ipsius successoribus ... recognoscens Generosus Iudex Terrae Praemisliensis eidem Barbarae Draminska et ipsius successoribus dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem ... ex his Actis Castrensibus Praemisliensibus authentice depromptam ad ... Acta Terrae Praemisliensis quandocunque voluerint transferendi et transportandi quam transportatam tantum roboris et valoris habituram declarat acsi per semet recognoscentem transportasset. Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succumbentibus ac re aliqua praemissorum non completa complendisque praemissis citatus existens memoratus recognoscens Generosus Ioannes Fredro de Plesowice Iudex Terrae Praemisliensis vel ipsius successores ad instantiam supradictae Generosae Barbarae Draminska vel

Actum in castro Premisliensi Sabbato post Dominicam Quadragesimalem Reminiscere proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo.

Gorlewsky et Topicl Roborant